

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3900

**Auteur(s) :** Philippe III le Hardi, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Renaud, Gueldre (comte)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1281, août

**Lieu d'émission :** Asnières

**Action juridique :** échange

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Philippe [III], roi de France, notifie l'échange fait avec Renaud, comte de Gueldre, du port d'Harfleur et de tout ce qu'il avait à Montivilliers, à Etretrat et à Fécamp pour une rente annuelle à recevoir du Temple à Paris.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 971, p. 247.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos dilecto et fideli nostro, Reginaldo comiti Guelrensi et heredibus suis comitibus Guelrensibus, in excambium et in vicem portus de Harefleu et omnium horum que ipse habebat apud Harefleu, apud Monasterium villare, apud Estrutac et apud Fiscampum, et que habere poterat eorum ratione seu quocunque modo in locis predictis et eorum pertinentiis, ac in tota ballivia Caletensi, tam in domaniis quam in feudis, sive in censibus, redditibus, molendinis, terris, pratis, aquis, nemoribus, graneriis, stallis, domibus, justiciis, sive aliis rebus aut juribus quibuscumque, que omnia nobis et successoribus nostris dictus comes quittavit in perpetuum et dimisit, ac se de hiis in manu nostra devestivit, damus et concedimus tantum in denariis annui et perpetui redditus percipiendis singulis annis de nostro in domo Templi Parisius ad tres compotos nostros, videlicet terciam partem ad festum Omnium Sanctorum, terciam ad Candelosam, et aliam terciam ad Ascensionem, quantum omnia supradicta apreciata fuerint in annuo reddito valere, per appreciationem Radulphi de Brulleio, militis, ballivi nostri Caletensis, et Vincentii de Valle Richerii, ex parte nostra, ac Guillelmi capellani dicti comitis, et Evrardi de Pannedel, servientis ejusdem, ex parte ipsius, ad hoc specialiter deputatos, de quo reddito in denariis in hominem nostrum ligium jam comitem recepimus eundem, hoc acto expresso, quod ab ipso vel suis heredibus redditus hujusmodi non possit in aliam transferri personam, quin semper idem comes et heres suus comes Guelrensis de eodem reddito sint in homagio nostro et successorum nostrorum, et quod ipsum redditum ad id servicium tenebunt ad quod tenebant premissa. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Asnerias anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, mense augusto.